Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ant. ego non sui de mundo isto. primi paruuli sumus. & sub dimen
tis uitiorum constricti. paulati pedagogi ad summum. & recipiamus
adoptionis locum quem quondam amisimus. At ubi uenit plenitu
do temporis. misit ds filium suum factum ex muliere. factum sub lege. ut
eos qui sub lege erant redimeret. ut adoptionem filiorum recuperemus.
Diligenter adtendatur. quod non dixerit factum per mulierem quod marcion ce
ceteri heretici uolunt. quem putauerunt xpi carnem similem. sed ex
muliere. ut non per illam sed. ex illa natus et creditur. Quod autem sciam &
beatam matrem dni mulierem non uirginem nominauit. hoc idem & in
euangelio secdm matheum scriptum est quando uxor appellatur ioseph. &
ab ipso dno quasi mulier increpatur. Non enim necesse erat. semper quasi
carne & uirgine amicae diceret. cui mulier seruum magis significet
quam copulam uiri. & secdm intellegentiam graecitatis. ὑ ἢ ἢ. tam uxor
quam mulier ualeat uitiperari. Sed ut cuncta praetiam quomodo sub
lege factus est ut eos qui sub lege erant redimeret. sic propter illos qui
nati erant ex muliere ex muliere nasci uoluit. Ha & baptismum
in iordanis flumine idcirco quasi penitens cum esset a peccatis liber
accepit. ut & ceteros edoceret mundandos esse per baptismum. & in
filios noua spiritus adoptione generari. Quod nequa quam intellegens io
hannes baptista. eum ad lauacrum prohibebat accedere dicens. ego autem
debeo baptizari. Et statim sacramentum docet. Sine modo. sic enim
nos decet adimplere omnem iusticiam. Hic ergo ob hominum salutem uenerat.
aliquid de conuersatione hominum praeteriit. Quaerat quispiam & dicat
Si ido sub lege factus est. ut eos qui sub lege erant redimeret. quod uide
licet impossibile fuerit redimi eos qui erant sub lege nisi factus fu
isset ipse sub lege. aut sine lege factus est ut redimeret eos qui sub lege non
erant. aut si non est factus ipse. sine lege non redemit eos qui sub lege non
fuerant. Quod si possibile erat eos qui sine lege erant redimi. tam ut
sine lege ipse non fieret. ergo superfluit sub lege factus est. ut redime
ret eos qui sub lege erant. Breuiter soluit hanc questionem siquis illo
utatur exemplo. Et cum his qui sine lege erant reputatus est. Nam
licet in latinis codicibus. propter simplicitatem uitiperati male dicti